Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 664071-0
Fax: +43(732) 664071-344

Incipiunt dicta Johannis Crisostomi De naturis
Bestiarum. Inprimis de leone. I.

Iacob benedicens filium suum iuda dicebat. Catulus leo-
nis iuda. fili de germine meo. et quis suscitabit eum. Physiologus
dicit quod tres naturas habet leo. Prima quod ambulat in montibus. et si-
mul si evenerit ut queratur a venatoribus. et venerit ei odor venatoris
ad nares. statim cum cauda delet post se vestigia sua quocumque ierit.
ut non secutus venator vestigia eius capiat eum. Sed et dominus noster
ihesus christus spiritalis leo de tribu iuda. radix david missus a sempiterno pa-
tre operuit intelligibilia divinitatis sue vestigia. descendensque in ute-
rum virginis salvavit errans genus humanum. et verbum caro factum est
et habitavit in nobis ipse dominus virtutum et rex glorie. ii. natura

Cum dormierit leo vigilant oculi eius in aperiendo. sicut et in canti-
co canticorum testatur sponsus de se ipso. Ego dormio et cor meum
vigilat. Caro quidem domini quievit. divinitas autem semper addextram pa-
tris vigilat. sicut dicit. Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit
israel.

Tercia natura leonis

Cum leena pepererit catulum. mortuum eum generat. custodit tri-
bus diebus. donec veniens pater eius die tercio sufflat in faciem ei-
us et vivificat eum. sic et dominus omnipotens pater filium suum dominum nostrum
tercia die suscitavit a mortuis. sicut iacob ait prophetavit. decu-
bans requiescet ut leo. Catulus leonis quis suscitabit eum.

De panthera

Est animal panthera nomine vario quidem
colore. sed speciosum nimis et mansuetum valde. Physiologus
dicit quod inimicus sit solis drachonibus. Cum comederit et saciaverit
se diversis venationibus. recipit in speluncam suam. ponensque se dor-
mit per triduum. Surgens autem a somno. statim emittit rugitum per al-
tum. simulque odorem nimie suavitatis emittit cum rugitu. ita ut
odor istiusmodi precellat omnia aromata et pigmenta. Cum ergo audierint
vocem eius omnes bestie que prope vel longe sunt. congregantes se omnes